

878

CONCLVSIONES IVRIDICAE

D E

OPERIS NOVI NVNCIATIONE,
ET
DAMNO INFECTO.

Quas


DIVINA FAVENTE CLEMENTIA
A V T H O R I T A T E,
CONSENSV, ET APPRO-
BATIONE, NOBILISSIMORVM
CLARISSIMORVM QVE INCLYTI COLLE-
gij Iuonici Doctorum ac Professorum,
Archiducalis Academiæ Fri-
burghensis

S V B P R A E S I D I O

N O B I L I S C L A R I S S I M I ,
CONSULTISSIMI QVE VIRI, DOMI-
NI SIGISMUNDI YVITVM I. V. DOCTORIS,
facultatis Iuridicae Decani spectatissimi, & FF.
Professoris ordinarij

Publicè pro summis honoribus in vtroq; Iure
consequendis, ad diem 23: Octob. hora lo-
cisq; Solitis ventilandas proponet
M. Theobaldus Kieffer Ilfurtenis songaunus.
F R I B U R G I B R I S G O I A E ,
Apud IOHANNEM Straffernum.

M. D C. IX.





ILLVSTRI AC GENE-
ROSISSIMO DOMINO, DOMI-
NO RVDOLPHO LIBERO BARONI A POL-
V VEIL, ET IN VVEILER THAL, DOMINO
vallis Masonis, Hilchenspergæ, & Florimonti, Sacræ Cæs.
Maiestatis necnon Sereniſsimorum DD. Archiducum
Austriæ Consiliario, Capitaneo Primario & Præſidi
Citimarum prouinciarum Austriacarum
longè dignissimo.



*Efert A. Gellius, Illustris ac Ge-
nerofſime Baro, Pythagoram nō
minimum Philofhorum, in dis-
ciplinam ſuam quem recipientem,
ſtatiſ Eſ ab initio certum tacere iniunxiſſe
tempus. Hippocratem quoq; ferunt, ex eru-
diendis antequam doceret, inter alia qua ad
inſtitutum facere videbantur, iuramento ex-
torsiſſe silentium. Prudenter certè illi. Diſ-
cere conuenit prius, quam loqui: Eſ preſtat ta-
cere quam de ijs qua nobis ignota, horrenda
ſtupidaque in medium poferre: Sed perpetuò*

EPISTOLA DEDICAT.

tacendum non est. Nam, ut ille ait :

Sumpta parū prodest, quēmox emittitur esca:
Bos quibus est pastus, ruminat hæc eadē.

Sic non satis est multa, & ea quæ utilia
quidem legisse, multa ex Preceptoribus audi-
uisse, nisi etiam ruminando examinemus, &
examinando ruminemus, & tandem ad usum
mature transferamus. Itaq; nec Pythagori-
cum, nec Hippocraticum erat silentium per-
petuum, sed certo quodam finiebatur tempo-
re. Post incætum discipolorum publicum pro-
dire fas erat, ut maior repetendi ac ruminan-
di ea quæ didicissent, esset occasio. Hac cum
paulò altiori mente perpendissem, ex his me-
ritò, quæ vel ipse ex probatorum codicibus
obseruavi, vel maxime etiam ijs, quæ cùm ex
Nobilibus, Clarissimis, consultissimisque vi-
ris & D D. Dd. & Professoribus Acade-
mia Friburgensis, mihi imprimis omni obser-
uantia summè honorandis, tūm vel etiam
Burgundionum Dolanis, Gallorum Parisien-
sibus & Aurelianis, non minus grauter,
quām doctè de utriusq; iuris Scientia discur-
renti-

EPISTOLA DEDIC.

rentibus audiui, conclusiones aliquot Iuridicas, ruminando examinandas, & examinando ruminandas, pro virili contexere statui.

Quid enim est, per Deum immortalem, quod ad res subtiles examinandas atque discutiendas plus valere possit, quam disputatio? ubi rem in medio positam, velut oculi plures, vndiq; omnes speculantur, ut in ea nihil sit quod subterfugere, nihil quod latere, nihil quod valeat omnium frustrari intuitum.

Verum Illustris & Generosissime Baro, cum hactenus certis defendantium thesibus, certos etiam assignare patronos laudabiliter obseruatū sit, unice Illustris Generositas vestra mihi deliberanti, cui hos primos meorum laborum fructus inscriberem, occurrit. Atque hoc ut audeam, faciunt. Illust: & Cenerosissima Domin: Vestræ, imprimis natales antiquissimi & nobilissimi, summaq; nobilitas & quæ in Illustribus & Generosissimis maioribus vestris effulserunt, perq; generosi sanguinis propagatam seriem, tot innumeris virtutum dotibus in te postero reluent insignia. Impellit,

EPISTOLA DEDICAT,

quod & sua generositas ipsamet ; sciens fortitudinem sine lege tyrānidem , constātiam pertinaciam , discretionem confusionem induere , utrisq; modis LL. summa cum laude , patriæ utilitate incredibili , Reipublica deniq; incremento , operam impendere non dubitauerit , adeoque etiam earundem cultores & mystas miro fauore ultrò prosecutus & fuerit hactenus , & prosequi etiamnum dignetur.

Mouent me denique , qua Illustriſſ. & Generoſſ. Dom. Vest. ad supplicationem , ea qua pars est humilitate , ante aliquot menses in arce Enſishemiana oblatam , mihi ipſi responderem & quasi promittere , non differebat .

Quare , Illustri & Generoſiſſime Domini :
Vestra has conclusiones iuridicas , ex utrisq; iuris fontibus collectas , cum debit is etiam seruitiis & officiis , humilimè & subiectissimè , inscribo , offero , deuouco , deuotissimè rogans eo animo accipere & perlegere , qui sua heroi ca pietate & Illustri familia dignus : meque ad eorum numerum , qui Illustr: & Generoſ Dom.

E P I S T O L A D E D I C A T.

Dom. S. maximè florentem cupiunt aggredire dignetur, peto, cupio & opto. Deus Opt. Max: Illust: & Geneross. Dom: Vest: cum tota generosissima familia perdiu incolumente conseruet. Friburg. ut sup.

Illust. & Geneross. Dōnis Vestræ

subiectissimus, deuotiss: & addictiss:
Seruitor

M. Theobaldus Kieffer. I. V. C.

D E



THESES IVRIDICAE.

D E

Operis noui nunciatione.

Conclusio prima.

I.



Peris noui nunciatio à Prætore introducta, est legitima inhibitio a), in re præsenti b), eaqne immobili c), vicino ædificantifacta d), ne quid operis noui fiat e), quo nobis noceatur f).

- a) L. i. in princ. verbo inhiberetur. b. t. L. si eo loco, in prin. ff. se seruit. vind. t. significantibus, ext. eod. b) L. de pupillo. s. §, nunciari autem, & §. sequent. h. t. c) L. i. §. hoc autem editum. L. 3. l. si priusquam. 15. h. t. d) tam superiori quam proximo l. 3. §. i. §. seq. l. non solum. 8. l. stipulatio 21. hoc tit. e) l. i. §. i. l. Prator. 20. in princ. §. i. hoc tit. f) d. l. i. §. nunciamus, hoc titulo nostro.

II.

2. Opus autem nouum is facere videtur, qui aut ædificando, aut detrahendo aliquid, pristinam operis faciem mutat, a); Si itaque quis vetus ædificium fulciat, cum veteri sustinendo remedium adhibeat, magis est, illi opus nouum nunciari non posse. b)

- a) L. i. §. opus nouum. & l. Stipulatio. §. opus. b. tit. b) c. consuluit. c. Iudei. ext. de Iudeis. modo proijciendo antiqua forma, immitendo, vel ampliando non mutetur.

Et com-

THESES IVRIDICAE.

III.

3. Et competit hoc Edictum , aduersus futura, non
præterita opera, dummodo illa , cepta, vel designata sint
a), & ea tantum quæ solo coniuncta sunt complectitur b).
a) L. i. §. potest. L. Praetor. §. siue autem. ff. eodem. Old. in clas.
3. act. 7. in prin. b) d.l. i. §. hoc autem.

IV.

4. Nunciamus autem, tum iuris nostri conseruandi
causa a), aut amon̄ depellendi b), tum vel etiam pub-
lici iuris tuendigratia c).

a) L. i. §. nunciatio fit. L. de pupillo. §. sed et sic cum seqq. ff. hoc
tit. b) dict. l. i. §. nunciatio eod. l. i. in fin. L. si cuig. l. me-
niana i. l. penult. & vlt. C. de ædific. priuat.

V.

5. Atque ita omnis nunciatio, aut sit in re priuata, aut
publica a), quæ in re priuata, aut naturalem causam ha-
bet, puta quod in nostro quid ædificatur b), aut imposi-
ticiam, videlicet, si quid contra ins seruitutis imponitur. c

a) L. s. §. & bellè. §. meminisse. b. t. l. Iurisgentium 7. §. si pacif-
car, de pact. ff. Ioann. Ferrar. Papiens. informalibelli de oper.
nou. nunc. verbo nouum opus. b) d. l. s. §. & bellè Sextus. l. i.
§. nunciatio. §. seq. hoc tit. c) L. creditorieod.

VI.

6. In repriuata, non solum vetus dominus a), sed
bonæfidei possessor b), superficarius, & Emphyteuta
c), Vasallus Creditor d), qui que vrbanam vel rusticam
seruitutem impositam habent e), nunciare possunt.

a) L. i. §. penult. hoc tit. l. unica. §. ius habet ff. de remiss. d. l.
s. §. & bellè, §. seq. l. cum procurator. 13. §. i. h. t. b) l. fin.
in fin. h. tit. nam & ipse pro domino habetur, & domini
iure vtitur. L. si fur. 32. de vscap. l. seruit. 17. §. vlt. defurt.
l. bonæfidei, de acquir. rer. dom. c) l. in prouinciali, 3. in prin.

THESES IURIDICAE.

Zaf. ad l. i. §. fin. n. 7. & in l. 5. §. meminisse, n. 19. h. t. d) l. creditor. i. 9. h. t. e) per l. 8. §. ult. si seruit. vind. l. nō solū. 8. in prin. l. seq. h. tit. t. inter seruitates, 15. §. fin. de seruit. verb. præd. ff.

VII.

7. Vicino tamen, non etiam ipsi domino, qui in prædio seruiente quid ædificat nunciandum a), quin & socius, vicino rectè nunciat: at si socius in communi quid ædificet, prætore opusest, & arbitro cōmuni diuidundo b).

a) L. 2. h. tit. l. vñica. §. penul. de remiss. confer Cuiac. obs. 16. lib. 1. & obs. 17. lib. 9. b) l. 3. §. si in loco §. seq. ibi Zaf. nu. 1. l. et si satisdationem, h. t. l. in re communi 26. de seruit. urba. prædi.

VIII.

8. In publica causa, siquidem Reipublicæ, quam plurimos ad defendendam suam causam admittere interest, Ciues omnes nunciare possunt.

L. in provinciali. §. fin. cum l. seq. ff. hoc tit. Fachin. l. Iurisgentium. §. si pacifcar. ff. de pact. l. 3. §. fin. l. 4. ibi Bart. Bald. & ceteri hoc tit.

IX.

9. Excipiuntur tamen, pupillus & mulier a), nisi ob commodum proprium & rem suam priuatam nunciauerint b), quod in tantum verum, ut ne autore tutore vel curatore pupillus nunciare possit c), nec solus tutor nomine pupilli, tamesci aliâs tutori & curatori competat nunciatio d).

a) L. 5. in prin: ibi Ddb. t. l. mulieri. de popul: act. l. de crimin. 12. C. qui excus. non poss. b) per dictam l: mulieri 6. de popul. action. l. 1. §. 2. de postuland. c) dict. l. 5. hoc tit. d) l. 7. hoc tit.

X.

10. Neque nostro solum a), sed etiam alieno nomine recte

THESES IURIDICAE.

ne recte nunciamns b), dummodo de mandato constet, aur satisdet qui nunciat rem ratam dominum habiturum c); alias omnimodo eius nunciatio remittetur d), etiam per verum procuratorem facta e).

- a) L. i. §. item nunciationem. h. tit. b) d. l. i. §. item nunciationem, ibi Dd. & §. fin. h. tit. Bart. num. 10. num. 11. Zaf. num. 5. Alciat. 2. ad d. l. i. §. nunciatio fit aut. hoc tit. c) l. s. §. qui procuratorio, & in fin. L. L. seqq. ibi gloss. & alij hoc tit. d) d. l. s. §. penul. d. l. 7. h. tit. e) l. depupillo. §. qui procuratorio. & l. cum procurat. ff. eod. facit l. i. C. de procurr.

X I.

11. Nec etiamsi rei plurium dominorum opus noceat, unius nunciatio sufficiet, sed singulis nunciandum erit a).
a) d. L. de pupillo §. plurium dominorum l. stipulatio §. fin. h. t.

X II.

12: Et cum in re praesenti nunciationem fieri oporteat a), necesse non est ipsi domino nunciare, sed sufficit in re praesenti nunciare ei, qui in re praesenti fuerit, domini operis ut nomine dummodo intelligens ; adque ideo absensem, & ignorantem tenebit b).

- a) l. s. §. nunciari, §. seq. d. l. operis. 10. l. seq. h. t. b) textus in l. de pupillo. §. sermo, cū seqq. l. i. §. aduersus absentes. l. operis noui, cum §. seq. & l. fin. ff. eod. c. cum exiniuncto in prin. ext. eod.

X III.

13. Qui autem nouum opus nunciat, si exigatur, iurabit de calumnia a), & si in partem quis opus nunciet, demonstrare debet, etiam statim, in quam fiat, ut sciat alter vbi possit interim edificare, & ubi abstinere b).

- a) l. de pupillo. §. qui opus nouum. ff. h. tit. facit l. qui bona. §. quidamni & §. qui stipulatus. ff. de dam. inf. b) perd. l. s. §. qui nunciat.

THESES IURIDICÆ.

XIV.

14. Sed dubitant, an causam quare nunciet, in ipso nunciationis actu exprimere debeat, non teneri verius est.

Zasius in hoc tit. n. 15. & seqq., & ibi Alciar: num. 95 ff. h. tit.

XV.

15. Nunciatio hac sit forma triplici; nudis verbis, vel per Prætorem, aut lapilli iactum.

L. s. §. meminisse ubi Dd. communiter. L. 1. §. nunciatio ex hoc edicto & seq. hoc tit. Iason. ad d. l. 1. §. in operis hoc tit., Duaren: cap. 6. hoc tit.

XVI.

16. Prior sit, si quis perspicuis denunciat verbis, ne quid operis noui fiat.

D. l. 1. §. & post operis. ibi Iason. d. l. s. §. meminisse, & ibi Iason. & Duren: hoc tit. d. le. 1. §. sed et si contra, ff. quod vi aut. clam.

XVII.

17. Secunda per Prætorem, cum postulante nunciatore, Prætor, opus nouum, per apparitorem fieri prohibet.

D. l. 1. §. & post operis. ibi Iason. Alc: & Duar: l. 5 § meminisse, l. si opus. 15. ff. hoc tit. l. si quis iussus ff. ne vis fiat ei qui in posseß.

XVIII.

18. Tertia & ultima, si quid cementi, aut operis facti is, qui nunciatum vult hoc modo, ne opus deinceps fiat, manu destuxerit.

D. l. 5. §. meminisse. Iason: in d. l. 1. §. & post operis. Duaren: d. e. 6. hoc tit. & in d. §. meminisse, l. 1. §. sed et si quis iactum, ff. quod vi aut clam. l. et si forte, §. sciendum ff si seruit. vindic.

XIX.

19. Quod si autem loci Prætori nunciandum fuerit, tutius

THESES IURIDICA.

1. si uerum est, ut interim nunciator testetur, se opus nunciare non posse: quo efficiet, ut quod retro ædificatum erit destruatur.

D. l. s. §. si quis ipsi iuratori. ff. hoc tit.

X X.

20. An indistincte feriatis etiam diebus nunciatio fieri possit Dd. disputant? nos parti affirmanti subscribimus.

Argument. l. 1. §. item nunciatio, ibi gloss. Bart. Alex. Zaf. n. 9. & 10. ff. hoc tit.

X XI.

21. Spreta nunciatione, si ædificans opus facere perget, remissione non impetrata, neque satisfactione oblatâ, nuncianti actio datur, qua aduersarium, ut opus demoliatur, & suis impensis destruat, compellet.

D. l. 1. §. 1. l. Prætor. 20. in princ. & §. 1. hoc tit. Gail. obseru. 10. lib. 1. l. unica. ibi interpp. C. hoc tit.

X XII.

22. Quod quidem in tantum verum est, ut etiam sine cognitione; iure extruatur, aut non iure a), donec vel nunciatio missa fiat b), vel vice nunciationis missæ, satisfactio de opere restituendo detur, locum habeat.

L. 1. in prin: §. 1. & 2. ubi interpp. hoc tit. cum sit quasi quædam provocatio; ideoque nihil innouandum. Bart. n. 8. & Iason. ad l. 1. hoc tit. b) L. 8. §. sciendum. & l. Prætor. 20. in princ. & §. 1. §. habet auten. & seq. hoc tit.

X XIII.

23. Sed dubitas, An Ecclesia quoque post nunciacionem ædificata, nec remissa, destruenda foret? Destruendam affirmamus.

Cap. 1. & 2. ext. de nou. oper. nunc. Guid. Pap. decis. 360. per tot.

THESES IVRIDICA.

XXIV.

24. Si quis tamen riuos, vel cloacas reficiat, aut purget a), vel periculum in mora sit b), inhiberi non potest.

a) d.L.s. §. si quis riuos. §. seq. ibi Bart. num. 1. & 3. hoc tit. b)
Dd. in d.l. s. §. si quis riuos.

XXV.

25. Emergit & alia quæstio; An sc: noui operis nunciatio, indistinctè in omnibus seruitutibns fieri possit? in rusticis non potest.

Et est communis per L. qui viam ff. hoc tit. Iason. in l. 1. §. fin. num. 7. & 8. Zaf: num. 9. Duar. in d. L. qui viam. Zaf. in l. de pupillo §. Sextus Pedius. num. 2. & 6. Cuiac. lib. 1. obs. 17. Old. class. 3. act. 8. §. ad finia remedia. Rationes differentiatione ponit. Zafius lib. 1. sing. respons. cap. 6.

XXVI.

26. Non tantum aduersus eum qui fecit, sed & qui factum ratum habuit, prædicta actio datur, dummodo posseideat a); ideoque si venditori fundi nunciatio facta sit, postea emptor tenetur, quia non personæ, sed rei sit, b); Si in rem plurium nunciatum sit, solus ædificans postea tenerur e), hæredibus, cæterisq; successoribus perpetuò d), aduersus hæredem in id, quod ad eum peruenit, ad præstandam patientiam destruendi operis, vel dolo malo fecit quo minus perueniret e).

a) L. Prætor §. hoc interdictum. facit l. ædibus in fin. ff. eod. b)
l. pen. ff. b. t. facit l. apparet. §. 1. ff. de itin. act. priuat. facit
l. semper in princ. & l. competit in fin ff. quod vi aut. cl. c) l.
de pupillo. §. si plurimum, ff. eod. d) d.l. Prætor §. hoc interdictum
perpetuo, e) d. §. hoc interdictum l. non solum. §. final. & l.
penul. ff. hoc tit.

XXVII.

27. Etsi verò post operis nunciationē litigatores Prætoriæ lu-

THESES IURIDICAE.

toriae Iurisdictioni se committant a), si tamen sponte postea amicabiliter cōuenenterint, ratum id habere debet b): sed & Prætore prohibente tollitur hæc actio c), item morte eius qui nunciauit re ad huc integra d), aut si fundum alienauerit e): durat quoq; duntaxat per annum f.)

a) L. i. §. & post operis. ubi Bart. Ias. Duaren. hoc tit. b) d.
l. i. §. & post operis: cum cuilibet liberum sit iure suo vti vel non vti l. penul. C. de pact. & omnia iudicia sint absolutoria, si aduersarij arbitrio satisfactum. §. fin. instit. de perpet. & temp. act. c) l. si Prator. 17. l. si opus. l. de pupillo. §. si quis riuos, cum seqq. hoc tit. l. seruius. § penul. ff. de riuis. d) L. 8. §. morte, hoc tit. e) l. 8. §. morte: sed si is cui nunciatum est, vel moritur, vel alienat, non extinguitur. d. l. 8. §. penul. & vlt. hoc tit. vnde etiam in eius hæredem transit. L. penult. hoc tit. quia ex parte nunciantis est personalis, ex parte verò eius cui nunciatur est realis, quia in rem fit. per d. l. 8. §. fin. d) l. penul. hoc tit. f) l. semper 15. §. hoc interdictum. ff. quod vi aut clam.

XVIII.

28. Si plures rei domini ædificant, unusquisque cauebit, eodem modo singulis nunciantibus cauendum, nisi inter eos conueniat ut vni caueatur.

L. stipulatio, §. questum hoc tit. l. eodem §. final. ff. de verb. obligat.

XXIX.

29. Quare si satis dederit ædificans, vel ædificaturus, aut per eum non stet, quo minus boni viri arbitratu caueatur, repromittaturuè; Prætor ædificantem singulari edicto, quo ipsi actionem aduersus nunciantem, si vim faciat a), tribuit, tuetur: quæ & hæredibus competit intra annum à die impedimenti b) ad id quod interest. c)

a) L. Pra-

THESES IVRIDICAE.

a) d. l. Prator. §. si quis paratus. & §. deinde ait Prator. cum seqq. d. l. de pupillo. §. si is cuius. eod. b) d. l. Prator. §. fin & ibi gloß. argum. l. rem alienam. §. omnis. ff. de pign. act. c) gloß. in d. l. de dupillo. §. fin. in fin: h. tit. Old. in hac actione §. quid persequamur. in fine.

X X X.

30. Quæri etiam potest; Vtrum si notoriè in iusta sit noui operis nunciatio, sperni possit? Sperni potest.

Argum. l. 1. in fin. cum l. seq. l. de pupillo §. si quis forte, & §. si quis plurium dominorū, §. qui nunciat hoc tit. d. l. 1. §. purgantē ff. de Cloac. d. l. seruius, de reg: Iur: ff. gloß. in d. l. 1. in princ. verb. per nunciationem, ubi Bart. num: 6: Iason: num 2.

D E
Damno infecto.

I.

31. **D**amnum infectum, est Damnum nondum factum, sed quod futurum veremur.

L. 2. hoc tit Paul. lib. 5. tit. 10.

II.

32. Cautio damni infecti fit, quando quis Prætore iubente, de damno alicui cauet, quod vel ex vicio vicinarum ædium a), vel quod ex alijs emergere potest rebus b).

a) L. eorum qui 19. §. 1. hoc tit. l. Prator. ait, 7. §. 9. §. 1. 2. & 3. ibi Zaf. hoc tit.

III.

33. Estque cautio hæc Præatoria mixti imperij a), & pro tribunali petenda b); & decernenda ita, ut Prætor, intra præstitutum diem possessorem rei ruinosæ, suo uomine promittere, Præatoria stipulatione c), alicno satis dare iut bea-

THESES IURIDICÆ

beat d): modo qui caueri petit, iure se nō calumniæ causa postulare, cum uè cuius nomine agit, postulaturum fuisse e).

- a) L. 4. ibi interpp. de iurisd. omn. iud. l. 1. de præt. stipul. b) l. 4. §. postulare, §. hoc autem iudicium certam, hoc tit. c) d. l. 4. de iurisd. l. 1. de Præt. stipulat. d) d. l. 1. de Præt. stipulat. l. Prætor. 7. hoc tit. ff. e) d. l. 7. lege quibona 13. §. qui damni. hoc tit.

I V.

34. Non autem dominus reitatum a), sed & bona fidei possessor b), Emphyteuta c), Superficarius d), Creditor qui pignus accepit e), Vasallus libellarius f), Fructuarius, qui vsum, habitationemque g), vel seruitutem realem habet h), Actor municipum, cæteriq; qui pro alijs interueniunt cauere tenentur i),

- a) L. quibona fide 13. §. 1. l. 11. hoc tit. Intellige verum dominium vel quasi, l. eorum. 19. in prin. b) d. l. 13. in prin. & l. 15. §. si ante. 17. hoc tit. c) l. 15. si de vectigalibus ædibus 26. & ibi Bart. & Dd. l. 1. si ager vectig: d) l. 19. in prin. e) l. 13. §. 1. f) argum. c. vn. de inuest. in re alie. fac. iuncta. d. l. 13. §. 1. c. fin. qual. olim feud. alien. pot. g) d. l. 19. in prin. & l. 20. hoc tit. Duaren. eod. c. 2. h) d. l. 13. §. 1. i) l. 17. §. 1. & 2. eod.

V.

35. Ex hisliquet, suo & alieno nomine procuratorio vel quasi aliquem conueniri posse, hunc satis dare a), illū re promittere iubet Prætor b), Emphyteuta, Superficarius, Fructuarius aut seruitutem realem habens, si simul cum domino aut separatim pro suo iure conueniantur, re promittunt c), alias pro toto damno, vel dominus solus re promittit, vel illi satis dare coguntur d).

- a) L. Prætor ait 7. l. damni infecti 30. §. 1. hoc tit. b) l. 13. §. 10. l. 7. in prin. l. 30. §. 1. hoc tit. c) quilibet enim suo no-

THESES IVRIDICÆ.

mine conuenitur, l. quibona 13. hoc tit. d.) l. hoc amplius 9.
§. quæsum, cum §. seq. & duab. LL. seqq. ubi Zas. & hoc ca-
su pro alieno iure etiam dominus repromittit: alij pro
suo satisdant, illud enim inspicitur, quod præualet tra-
hitque ad se imbecilliores pars patior. Argum. l. que-
ritur, de statu: homi. l. in rem. 23. §. 2. cū seqq. de rei vind.
vt vniiformis sit cautio. argum. l. eum qui 23. ibi quod ab-
surdum de usucap.

V I.

36. Sed quid? si controuersum fuerit, dominus sit,
nec ne qui cauebit, sub exceptione satisdare iubet Prætor
a). cū enim vtrumq; postulans à domino scil: & à non do-
mino sibi caueri, non sit audiendus b) actor alterum e-
ligat necesse est.

a) facit l. qui vias. 31. §. fin de dam. infect. b) l. si proprieta-
rius 22. §. plaut. hoc tit. c) d. §. plaut. quia electio in iuri-
bus ad eundem finem concurrentibus, fieri debet ab eo,
cui competit. L. fin. C. de Codicill.

V II.

37. Quod si fortè alicui damnum immineret, ex se-
cunda domus lapsu, proxima sana, vterque dominus, illi
de cautione tenebitur a), ille tamen repromittet b) me-
dius ex opinione Zasij satisdabit c)

a) l. qui bonafide 13. §. 1. b) l. prætor ait 7. in prin. cum sua do-
mus sit, c) Zasius ad §. cum inter: nu. 8. quod vix crediderim
argument. l. 13. hoc tit.

V III.

38. Sin intra præfinitum tempus non caueatur, Præ-
tor non temerè, sed contumatiæ causa & negligentia cog-
nita a), in possessionem rei ruinosæ ex primo decreto mit-
tit b). non tamen vt possessionem, sed custodiā eius
vnacum domino consequaturis, cui caueri debebat c)

a) L. 4.

THESES IVRIDICÆ.

a) L. 4. §. i. hoc tit. c. fin. ext. de eo qui mittit in possess. d. l. si finita. §. non autem h. t. Specul. in tit. de primo decreto. §. restat, & §. sequitur, num. 8. Authen. & qui iurat, C. de bon. autor iud. poss. b) d. l. 4. §. i. d. l. si finita §. non autem h. t. c) d. l. si finita, §. Julianus, §. ex hoc edicto hoc tit. l. non est mirum, de pign: act: l. 2. C. qui pot: in pign: Iason: ad l. 3. §. fin. num. 2. de acqnir: poss. l. si finita, §. si quis. hoc tit.

I X.

39. Quid? si metus sit nè in ea communione perueniatur ad arma, potest Iudex constituere, quis solus possidere debeat a), aut possessionem sequastare b).

a) Specul. depr. decreto. §. iam de effectu. num. 6. b) c. i. ubi Panorm. nu. 18. de sequast. c. 2. ubi Panor. nu. 12. 13. de dolo & contum. Specul. de secund: decr: d. §. iam de effectu. vers. sed utrum.

X.

4c. Si missus non admittatur a), aut ante quam cau-
tio decreta præstetur, damnum ruinâ detur b), actioni in
factum locus erit, vt in tantum is, qui non admisit, nec
cauit, condemnetur, quantum præstare oporteret, si de
eare cautum fuisset c).

a) L. 3. §. in eum hoc tit. l. si finita. §. fin. h. t. b) l. cum postu-
laßsem, eod. ibi Cuiac tract. 9. l. damni. 18. §. penul. L. ante-
quam. 16. hoc tit. c) d. l. 3. §. in eum d. l. si finita 15. §. fin. &
seq. d. l. damni 18. §. pen. d. l. cum postulaßsem, h. t. & ibi Cuiac.

X I.

4i. Quod si Reus contumax adhuc permanserit, nec
cautionem cum refusione expensarum & damni offerat, ex
temporis diuturnitate, puta anni spacio, ad secundum pro-
ceditur decretum a), quo causâ cognitâ, missus posside-
re iubetur b).

THESES IVRIDICÆ.

a) c. i. c. 2. c. 3. ext. de eo qui mittitur in posseß. Specul. de se-
cund. decret. §. iuxta, & §. nunc dicamus. b) l. s. l. 7. §. 1.
hoc tit. Bart. in L. si finita. 15. §. Julianus hoc tit.

XII.

42. Qui verò possidere iussus est, tandem potest im-
petrare distractionem rei, & in defectum emptoris addicti-
onem dominij a), sed & prescribere & usurpare potest
aduersus verum dominum b).

a) perl. fin. C. de iur. dom: b) l. s. hoc tit. l. si. finita. §.
Iul. ibi Bart. hoc tit.

XIII.

43. Creditor in bona missus, fructus non lucratur:
cum tantum custos rerum sit non etiam possessor.

L. si finita. §. non autem. l. is cui, uti in posseß, legat. Bart.
post gloss. in sapè d. §. Julianus num. 50.

XIV.

44. Sed cum non tantum ruina ædium, verum quam
plurimis etiam alijs modis lædamur a), res summarie
eiusmodi esse debent, ratione quarum quis cautionē petit,
vt ex ijs damnum verisimiliter timeatur b); In damnis
enim præteritis c), aut vi diuina (cui nemo resistere po-
test) immissis d), vt & fortuitus & naturalibus e), Præ-
toris hoc edictum locum non habet.

a) Si scilicet impetu fluminis ex ædificio vnius, aliquid
in fundum alterius de portetur, ex agro alterius crusta
in tuum agrum reiiciatur, &c. L. 9. §. Alfenus ait. 2. hoc
tit. b) l. damn. infect. 2. hoc tit. c) l. Prator ait. 7. §. 1.
ubi vide Zasius: num. 1. cum seqq. hoc tit. d) l. fluminum, 24.
§. Seruius quoq; cum l. seq. vid. l. 25. §. sup. locati e) d. l. 24. §.
sed ut

*sed ut nè, cum seq. l. de his q. hoc tit. refert hos casus fortuitos
Hottom. 4. obseru. 7.*

X V.

45. Si plures sunt qui caueri sibi desiderant, & vnum
pretiosiores, alter viliores ædes habeat, vel vnum maio-
rem partem domus, alter minorem, æqualiter in posses-
sionem mittuntur ex primo decreto a), ex secundo pro
magnitudine dominij b). Sic etiam ex cautione pro rata
damni agitur c).

a) *L. Prætoris officium 5. §. 1. L. si finita. 15. §. cum autem plu-
res. 18. hoc tit. b) d. l. 15. §. si ante 17. gloss. in d. l. Præto-
ris verb. posseß. verbum autem (æqualiter) in d. §. stante,
acciendum pro (simul): nam oppositio istius §. cl;
An duo simul, an verò vnum mittatur in possessionem,
quod cōfirmatur ex §. quod aut. seq. qui in primo decreto
aduersariè loquitur ad priorem. §. c) l. ex damni. 40.
§. quoties hoc tit.*

X VI.

46. Præstata secundum Prætoris iussum cautione, post
ruinam faciente opere, tanti stipulatio committitur, quan-
tum damni stipulatori datum est.

L. in hac 27. l. cum si 37. l. ex damni. 40. hoc tit.

X VII.

47. Notandum est, quod in stipulatione damni infec-
ti, omne quod interest veniat a), si tamen ob tectoria
vel picturas, si quæ perierint, damni quid illatum sit, licet
in illis magna erogatio facta sit, attamen ex damni infecti
stipulatione, moderata æstimatio facienda est b).

THESES IURIDICÆ.

a) *L. in hac stipulatione, 28. cum l. seq. hoc sit.* b) *l. quidam §. fin, de seruit. urb. præd.*

XVIII.

48. Videamus generaliter de primo & secundo decreto. Primum decretum est primus Iudicis Iussus, quo ob contumaciam Rei, actor in possessionem bonorum custodiæ causa mittitur, ut ea pignoris vice detineat, donec Reus veniat responsurus a), sufficit hic contumacia facta b), & obligatio conditionalis c).

a) ita VVesemb. b. refer hoc titulum ff. quib. ex caus. in poss. & de rebus auct. Iud. possid. & Cod. de bonis aucto. Iud: poss. L. non est mirum. 26. de pignor act. toto tit. Cod. de Prætoriis pign. b) Dd. in l. si finita §. Julianus hoc tit. c) L. in posseß. 6. quib. ex caus. non tamen inspecto exitu vt statim effectum habeat. L. penul. in fin: & l. Fulcinius. 7. §. si in diem 14. quib. ex caus.

XIX.

49. Forma primi interponendi decreti est. vt post oblationem libelli & petitionem Actoris a), Reus tribus edictis propositis, vel peremptorio uno, in ius vocatur b). Eo non comparente, si Actor contumaciam accusat, Reum iudex contumacem declarabit c), & post summariae causæ cognitionem tam in realibus, quam personalibus adhibitam d), possessionem Actori decernit, in eamque aut per executorem nunciumuè publicum, aut per alium mittit.

a) Bart. in l. si finita. 15. §. Julianus. num. 6. l. 40. §. 8. hoc titulo L. q. Codic. de bonis auct: Iud. possess. b) Specul. §. se-

quitur.

THESES IURIDICÆ.

quitur. de prim. decr. in princ. cap. quoniam §. fin. ut lite non cont. c) Specul. §. sequitur num. 10. panorm. in cap. quoniam. §. vlt. vers. ut lite non contest: Specul. de 1. decret. cap. 2. in prin. si quis in ius vocat: non ierit. d) cap. quoniam §. final. ut lite non cont.

X X.

50. Secundum decretum est alter magistratus iussus, quo ob contumaciam & nimiam moram debitoris, Actori iam ante in possessionem ad detimendam rem misso, vera possessio tribuitur a). non dominium b); interponitur interdum in actionibus realibus c), semper autem in personalibus d), idque plerumque anno clauso a primo decreto e).

a) VVesemb. h. L. 3. § fin. verb. si id longo. de acquir. posseß. l. si finita. §. Iul. 16. & ibi Dd. §. si quis autem 20. de damn. infect: b) Nam actor debet vendere. L. pro debito. 6. in fin. l. cum propo: 9, Cod. de bon. auët. Iud. quæ venditio sæpè diu trahitur. l. final. Cod. de bon. auët. Iud. c) Saltem quo ad cautelam, gloß. in c. final. §. final verb. const: d) Dd. in dict. l. si final. §. Julian. e) ex consuetudine quæ est optima LL. interpres, aliquando breuiori tempore fieri solet. Argum. L. 2. Cod. ubi in rem actr. & cap. fin. §. fin. ibique gloß. in verb. referuata, ut lite non cont. Menoch. arbitrio Indicis concedit.

X XI.

51. Ex his decretis in quæcunque bona debitoris, aut rei potest fieri missio, non solum omnino propria, sed & feudalia, Emphyteutica, fructuaria a), in fructus beneficiorum Ecclesiasticorum b), imò in ipsas res spirituales, vt decimas, Ius patronatus c), vel beneficia Ecclesiastica, siratione proprietatis d), non tituli petantur e).

a) In defe-

THESES IVRIDICÆ.

a) In defectum aliorum bonorum, nec missio ultra fructus, aut vitam debitorum regulariter se extendit, L. si fin. §. si de vectig: 26. de damn. infect. l. commodis 40. de re iud. l. stipulatio. Cod. de executio: rei Iud. VVesemb. hic Gail. lib. 1. obseruat. 117. b) cap. peruenit. 2. de fideiuss. Gail. d. l. c) cap. 2. & 3. vt lite non cont. d) cap. 1. & 2. de eo qui mittit. in posseß. cap. 2. de sequeſt. cap. ex literis. de dolo & cont: e) ne detur vitiosus ingressus. cap. vni. de eo qui mitt. in posseß. ibiq. gloss. in verb: vitiosus; sola enim posſesso neminem facit decurionem, sed canonica electio. L. Heren: de decur: cap. 1. de reg. iur. in 6. ideoque hoc caſu ſequæstrationi locus eſt. Panorm. num. 11. in cap. contingit. de dolo & cont. Felin. in cap. olim de reſcriptis.



DOCTIS-



DOCTISSIMO, ORNA- TISSIMO QVE DOMINO, MAG. THEOBALDO KIEFFER I. V. CAND. PA- triotæ suo admodum caro, triplici hoc anagram- mate lubens & sincerè applau- dens gratulatur

Melchior Fridericus Kofer Altkirchenis Sunganus LL. Stud.

Anagrammata

I.

THeobaldus Kiefferus Ilfourtensis,
Indefessè laboris offert hic vultus,

II.

Magister Theobaldus Kiefferus Ilfourtensis
Firmiter I, tutos labores hic fessus legefunda.

III.

Theobaldus Kieffer ex vico Ilfurense.
Viue felix Altkirch, De tuis effe bonos

HVc age Musa, tui laudes cōtexere Alumni
Accelera, dulci gutture pange melos.

Numine nāq, tuo Theobaldus themata Kieffer
Juridicis ponit discutienda scholis
Doctior hic postquā sinuosa volumina Iuris
Pervoluit, leges nunc aperire studet.

Atq; INDEFESSE miranda sorte LABORIS
OFFERT HIC UVLTVS sedulitate graues.
Hunc hunc Pierides decoretis carmine, & eius
Nomen fac viuat docta Minerua metro.
Nam q; nec in medio studiorum tempore dulce
Incepsum huic placuit deseruisse iugum.
Timpana Mauortis non hic furiosa secutus,
Hectoris hic unquam non imitatus opus.
Nec, veluti quidam tenues temnendo labores
Desperabunt, maius amauit onus.
Non hunc securum clauerunt tegmina fagi,
Otia nec pigrum detinuere domi.
Maius at his aggressus opus per Palladis artes
Aggressus constans exagitare caput.
Isti curafuit Themidem coluisse sequendo,
Cura fuit linguas edidicisse duas
Sic Dola testis eris? Friburgiacumq; lycaum?
Anglia testis eris? Gallia testis eris?
VIVE ALTKIRCH FELIX, venies mirabitur etas.
Cum tantos cernet te genuisse viros.
Perge, nec à studiis tentes auertere Alumnos,
Tantum Deque TVS EFFER honore BONOS
Andubitas patriota theses defendere contra
Tot te Doctores posse? Themis comes est.
Ergo

*Ergo age, nec dubita dubios dissoluere nexus,
Præsidibus tantis fors bene tutus eris ?
FIRMITER I, TVTOS sacrata LEGE LABORES
HIC FESSVS FVNTA gratus utrique foro.
Omen nomen habet, nam rebus conuenit ipsis
Cū sequeris Baldum cū sequerisq; DEV.M.
Vincito, victores exspectant præmia, post hac
Claro Doctoris nomine clarus eris.
Arma dedit studiū, dederat vulcanus Achilli,
Fac vincas, armis vicit utile datis.*

I DEM E IDE M.

*Carmen numerale anni defensionis thesum harum.
I, tantos præstans poteris tentare trIVMphos,
TalIa pro tanto Dona Labore ferens.*

F I N I S.



Univ. Bibl.
München